

*Acrates*), credo di vedere tracce delle lettere nella fotografia. – 152: D·I·M significa, visto che si tratta probabilmente di una stele sepolcrale, *D(is) I(nferis) M(anibus)*.

Si tratta, dunque, di un volume importante, uno dei molti frutti dell'XI Congresso dell'AIEGL tenutosi a Roma nel settembre '97. Ci congratuliamo con il Thomasson ed i collaboratori per il lavoro compiuto.

*Kalle Korhonen*

*Corpus inscriptionum Latinarum. Volumen sextum. Inscriptiones Urbis Romae Latinae. Consilio et auctoritate Academiae Scientiarum Berolinensis et Brandenburgiensis editae. Pars octava. Titulos et imagines collegit schedasque comparavit Silvio Panciera. Fasciculus alter. Titulos imperatorum domusque eorum thesauro schedarum imaginumque ampliato edidit Géza Alföldy adiuvantibus Anne Kolb, Thomas Kruse, Veit Rosenberger, Andrea Scheithauer, Gabriele Wesch-Klein, itemque Ivan di Stefano Manzella, Martin Spannagel, Jens-Uwe Krause. Gualterus de Gruyter et socii, Berolini – Novi Eboraci MCMXCVI. ISBN 3–11–015194–4. DEM 890.*

Post tres fasciculos Hispanienses Corporis vol. II his proximis annis editos iam in manibus habemus novum fasciculum Corporis vol. VI, id quod rei epigraphicae studiosis erit pergratum; praeterea iam bene appareat Corpus nostrum, opus utilissimum, etiam nunc non tantum vivere, sed etiam vigere. Fasciculum hunc conscripsit Géza Alföldy professor Heidelbergensis, homo de titulis Latinis legendis edendis explicandis optime meritus, ita tamen, ut hic et illuc usus sit adiutoribus, quorum nomina supra inveniuntur; quibus partibus operis operam dederint explanatur p. X. Quod ad rationem operis attinet, notandum est agi non (ut in titulis Hispaniensibus) de nova editione omnium titulorum quotquot noti sunt – nam hoc nullo modo fieri potuit in titulis urbanis propter numerum eorundem paene infinitum –, sed de supplemento, in quo novi tantum tituli proponuntur, in Corporis fasciculis prioribus iam editi additamentis tantum instruuntur (si autem tituli iam pridem editi novis curis eguerunt, e.g. propterea, quod olim minus bene editi sunt – e.g. n. 854, 879, 884–7, 894–5, 899 –, in hoc fasciculo denuo propositi sunt instructi novo numero). Additamenta tamen haec studiosis erunt utilissima, cum omnia contineant, quae ipsas inscriptiones tractantibus erunt cognitione digna: tituli quomodo recte legendi sint (in titulo arcus Severi n. 1033 Alföldy statuit, inspectis foraminibus litteris aereis infigendis destinatis, legendum esse *P. Septimio Getae nobilissim. Caesari*); num monumenta etiam nunc omnino exstant, et si exstant, eorundem mensurae et in quibus museis aliisve locis iam reperiantur (dolendum tamen est exstare aut certe exstitisse nuper multos titulos, Florentiae praesertim sed etiam Romae, quos Alföldy nescio qua de causa inspicere non potuit: cf. n. 971, 1020, 1056, 1075, 1192, 1222 et praeterea 40793); in quibus libris inveniantur imagines photographicae titulorum; quinam homines docti in quibus libris titulos singulos tractaverint etc. (notandum etiam e.g. me certe ex his demum additamentis didicisse titulos multos aevi posterioris – e.g. n. 31395, 31397 – inscriptos esse in locum titulorum antiquiorum erasorum). Ita titulum urbanum ad imperatores pertinentem tractare in animo habentibus primum posthac erit necesse adire hunc fasciculum.

Continet fasciculus de quo loquimur praefationes generalem vol. VI scriptam a Silvio Panciera et huius fasciculi scriptam ab ipso Géza Alföldy (in qua p. X–XII "de rebus

in hoc opere tractatis et de arte, qua tractatae sint”), explicationesque tam librorum abbreviate laudatorum quam notarum; sequuntur additamenta ad titulos editos in fasciculis prioribus, et deinde editio titulorum novorum nn. 40301–40889 (inter quos nn. 40301–40845 tituli imperatorum proprie ita dicti, n. 40846 lapis miliarius I viae Praenestinae, nn. 40847–40851 tituli instrumenti domestici ad opera imperatorum pertinentis, nn. 40852–40889 tituli terminum). Tituli novi editi sunt secundum ordinem imperatorum aliorumque hominum (et feminarum) ad domum Augustam pertinentium, ita ut primus sit ipse Augustus, sequantur Agrippa, C. et L. Caesares e.q.s.; in initio capitulo singulorum, in quibus scilicet homines singuli tractantur, sunt catalogi titulorum omnium ad eosdem pertinentium, in fasciculis prioribus editorum; hi catalogi quam utiles futuri sint manifestum erit omnibus. Inter titulos novos aut denuo editos multi sunt haudquaquam neglegendi; nota e.g. n. 40307 (titulum positum in honorem Augusti ipsius, Neronis, Claudii et Agrippinae ab aenatoribus, tubicinibus, liticinibus, cornicinibus Romanis) vel n. 40454a (titulum amphitheatri Flavii, quem Alföldy in lapide eraso et denuo inscripto ex foraminibus litteris aereis destinatis restituere potuit; ceterum in fine tituli mihi certe minus placent verba *[fieri iussit]*: saec. I expectaveris *[fecit]*). – In fine fasciculi sunt indices (conscripti a solo Alföldy) non minus LX paginarum; hi indices, mirum quendam in modum facti et qui omnibus posthac pro exemplo esse debent, non solum omnia continent, quae in indicibus quaerere solemus, sed etiam nova quaedam (nota indicum partis primae cap. IV, ”Potestas maiestas virtutes laudes imperatorum”, in quo laterculo reperiuntur e.g. omnia exempla titulorum scriptorum *ex auctoritate, ex decreto, ex iusu v. sim. imperatorum diversorum*). Index omnis divisus est in partes tres, epigraphicum topographicum generalem; indices epigraphicus et generalis, in quibus plerumque enumerantur res similes (nomina et homines, imperatores e.q.s.), eo differunt, quod in indice epigraphico ea tantum inveniuntur, quae in ipsis lapidibus leguntur, in indice generali ea praesertim, quae ab editore ad illustrandos titulos sunt allata. (Videndum – ut obiter attingam rem momenti non ita magni –, num recte fecerit editor, cum in indice nominum etiam cognomina ”quae pro nomine gentili usui erant” laudavit; nunc *M. Crassum Frugi*, qui mihi quidem ”*M. (Licinius) Crassus Frugi*” sollemniter videtur esse appellandus, inter homines invenimus, qui habent nomina incipientia a littera *c*, non etiam inter Licinios.) – In fine fasciculi tabellae sunt synopticae et praeterea formae Urbis (in quibus fines Romae multis locis nove definiuntur).

Sed iam videamus de singulis. N. 960 (titulus columnae Traiani): homines docti multi laudantur, qui quomodo linea 6 intellegi debeat scripserunt; minus tamen clare appareat quae sit sententia ipsius Alföldy (addi fortasse potuerat versio Germanica). – 967: Adici potest scriptorem huius tituli usum esse clausula Ciceroniana cum scripsit *praestitit hac liberalitate securos* (Arctos 28 [1994] 103). – 36990: Constantinus (I) *venerabilis* dicitur non solum in titulo Tarragonensi, sed etiam in n. 36951; quem titulum Bangium respexisse, cum etiam hunc titulum ad Constantimum pertinere proposuit, facilis est coniectura. – 40356 (= 920): melius fortasse fuerat scribere *[q]uod ... in dici[onem] ... rededit]* (non *redegisset*), cum in enuntiatis incipientibus cum vocabulo *quod* in titulis saec. I modus indicativus fuerit coniunctivo multo usitatior (cf. n. 944 [Titus] *quod ... delevit*); saec. demum II percrebruit usus modi coniunctivi (cf. e.g. titulum Hadriani n. 40524).

Haec de singulis; in universum fatendum est agi de opere non tantum egregio, sed paene mirabili, cuius virtutes ego quidem hoc loco nullo modo satis laudare possum. Valde mihi praeterea probatur exiguis numerus errorum varii generis (inveni tamen *huius*

*volmininis* p. 4301, *P.* – pro *C.* – *Deroux* n. 930, *Iulianus* – pro *Julius* – *Frontinus* n. 40486). Laudanda denique est elegantia Latinitatis et etiam perspicuitas; de lingua Latina hoc tamen mihi videtur esse observandum, Alföldy (ut omnes fere Latinistae mediae Europae) saepius usum esse vocabulo *quoque* eo loco, ubi secundum praecepta Ciceroniana expectaveris *etiam* (e.g. n. 946 "quia cognomen Germanici plene quoque prescriptum est": melius fuerat "quia etiam cognomen" e.q.s. [sententia est "da auch das Cognomen *Germanicus* voll ausgeschrieben ist"]; n. 959 "latitudinem ... indicavit quoque G. BARBIERI"; nn. 960, 31307, 31395, 36898).

*Olli Salomies*

DENISE MODONESI: *Museo Maffeiano. Iscrizioni e rilievi sacri latini*. Studia Archaeologica 75. "L'Erma" di Bretschneider, Roma 1995. ISBN 88-7062-891-4. 128 p., 107 ill. ITL 200.000.

Il presente catalogo raccoglie le centosette iscrizioni e i rilievi di carattere sacro che si conservano al Museo Lapidario Maffeiano di Verona. Questo Lapidario, inaugurato due secoli e mezzo fa, è uno dei primi musei pubblici d'Europa, e ancor' oggi porta orgogliosamente il nome del fondatore, Scipione Maffei. Con il riordinamento museografico del 1982, i seicentotrentasei oggetti della collezione furono distribuiti sia topograficamente sia per sezioni della raccolta, che è stata divisa secondo i diversi ambiti culturali. La catalogazione del materiale esposto al Museo Maffeiano iniziò nel 1981 con il volume dedicato alle "Iscrizioni e rilievi greci" a cura di Tullia Ritti, seguito, nel 1990, dalle "Urne etrusche e stele paleovenete" a cura di Denise Modonesi a cui si deve anche la realizzazione del presente catalogo. Il materiale fornito dal volume è maggiormente di provenienza veronese o comunque veneta, ma sono anche inclusi alcuni pezzi urbani.

Purtroppo, però, bisogna dire che l'eredità lasciata da Scipione Maffei avrebbe meritato qualcosa di più sostanziale. L'impressione data dalla lettura del volume non è affatto la migliore possibile, non solo per i numerosi errori tecnici ma anche e soprattutto per questioni di altro carattere. Per primo, se questo volume va inteso come catalogo museale, poteva – e doveva – essere strutturato diversamente. Adesso è incluso soltanto il materiale di argomento sacro che si usa in primo luogo per la ricostruzione della vita religiosa locale in tutti i suoi aspetti. Tale lavoro è, certo, utile e prezioso, ma non può essere lo scopo principale di un catalogo epigrafico. Chi vuole studiare le credenze religiose retico-celtico-venete, il rapporto tra la religione locale e il culto ufficiale romano, nonché l'iconografia delle divinità, è invitato a consultare tutte le fonti possibili, non solo il materiale esposto al Lapidario veronese. Inoltre, uno studio specialistico del genere andrebbe pubblicato come lavoro indipendente, non in veste di catalogo epigrafico. Invece, gli studiosi dell'epigrafia e delle antichità sarebbero interessati ad avere un catalogo finalizzato a fornire i dati essenziali e precisi di ogni singolo oggetto con gli altri commenti ridotti al minimo. Quello che importa sono una edizione accurata e concisa di tutto il materiale, buoni indici, e documentazione fotografica. Per il secondo, non è tutto "sacro" quello che si pubblica in questo volume: le epigrafi funerarie e le altre iscrizioni di non sicuro significato sacro andrebbero tolte dal volume. Inoltre, non mi risulta del tutto chiara la logica dell'ordine seguita nella suddivisione del materiale, in quanto nei numeri delle iscrizioni non è osservato l'ordine tradizionale del CIL, ma non sembra neppure che la